

1248. i. 24. Februar: Ex ms. Arch. Cap. Plocens

465.

Privilegium Boleslai Ducis dona-
tionis Villarum Parzim, mediætatis
Lborewo et Dlusnowo ac sortis in Lzie
schowo, Ecclesie Plocensis.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi
Amen. Quoniam literalibus titulis anno:
tata perpetuam gestorum solent memoria
continere. Ideo nos Dei Gratia Boleslaus
Dux Masovie fiduciam Divine miseri:
cordie praeoculis habentes Damna Plocen:
sis Ecclesie circa proventus Episcopales
illata redintegrare cupientes notum faci:
mus presentibus et futuris, quod pro sa:
tisfactione et solutione damnorum ple:
narie facienda, villam que dicitur Parime
ex utraque parte fluminis Strqua, que
quondam fuerat Johannis filij Woymi
ri, et mediætatem Villa de Lborewo, et ite:
rum mediætatem alterius Villa, que dici:
tur Dlusnowo non annumerata parte ter:
ritorii spectantis Episcopatu in utrisq;
Villa ex antiquo et sortem unam in
Villa Lescovo, ubi nunc Decimus nomen
Pouirz habitavit nobis pertinentem cum
pascuis, venationibus, piscationibus et
captura Castorum. Ita quod prefate
Villa simili prerogativa gaudeant li:
bertatis, qua ex antiquo omnia pradia
Ecclesie sunt fulcita Domino G. Plo:
censis Episcopo tradidimus, et in ecclē:
siam Plocensem transferimus pleno
jure. Ne igitur nostre dispositionis, et

Debite

et debita satisfactionis Deurus aliqua
mutabilitate temporis violentur, Floren:
sem Capitulum firmitatis, et testimonij
causa rogatum accinimus presentibus mi:
litibus nostris. W. Castellano Florensi
R. Thesaurario et Damiano Sigilli quoq;
nostri munimine confirmamus presens
scriptum. Et qui tentaverint violare re:
fusa prius pecunia quantitate, videlicet
sexcentarum Marcarum argenti Episcopo
Florensi Ecclesie cum Datan et Abiron
accipiant portionem. Actum in Floren:
Anno gratie Millesimo Ducentesimo
Quadragesimo Octavo. Inditione prima
in die Beati Mathie Bisexto et in
choante.